

XVII.

Privilegium, quo Prumiense Coenobium Treviren. Diocesis, necnon universae ejusdem possessiones in Sedis Apostolicae protectionem recipiuntur.

Ex Archivio Monasterii hujus evanum communicavit Vir. Ill. Pridericus Schanus.

Innocentius Episcopus, Servus Servorum Dei, dilecto filio Adalberoni, Abbati Monasterii Prumiensis, quod in honore Salvatoris Domini nostri Jesu Christi in Trevirensi parochia situm est, ejusque successoribus regulariter constitutis, in perpetuum.

Exordium.

Quotiens illud a nobis petitur, quod rationi noscitur convenire, animo nos decet libenti concedere; & petentium desiderii congruum impertiri suffragium. Equum enim & rationale est, ut qui ad Ecclesiarum regimen assumpti sumus, eos & a peccatorum hominum nequitia tueamur, & Apostolicae Sedis munimine roboremus. Ea propter, dilecte in Domino filii Adalbero Abbas, tuis justis postulationibus clementer annuimus, & Prumiense Salvatoris Domini nostri Jesu Christi Monasterium, cui auctore Domino praesides, sanctae Romanae Ecclesiae privilegio communimus: statui- mus enim, ut quicquid auctoritate praedecessorum nostrorum, vel Imperatorum, Pipini scilicet & Caroli, & aliorum Principum, ei Prumiensi Monasterio constat esse concessum, atque suis praecipuis munimentisque firmatum, tibi tuisque successoribus stabile firmumque consistat. Praeterea quascumque possessiones, seu bona idem Monasterium impraesentiarum iuste & legitime possidet, aut imposterum concessione Pontificum, oblatione fidelium, seu aliis rationabilibus modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma vobis & illibata permaneant. Sane ex ampliori Sedis Apostolicae benevolentia statuimus, ut si qui possessiones, & bona ejusdem Coenobii invadere vel retinere praesumpserit, si, a suis Episcopis commoniti, non satisfecerint, dilectioni tuae eos interdicendi seu excommunicandi sit attributa potestas. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatum Monasterium perturbare, aut ejus possessiones auferre &c.

Abbati conceditur facultas excommunicandi invadentes, vel retinentes bona Monasterii; nisi ab Episcopo moniti resipuerint.

Dat. die 8. Junii anno Domini 1133. Pont. ann. IV.

EGO INNOCENTIUS Catholicae Ecclesiae Episcopus &c.
Datum Laterani per manum Aymerici sanctae Romanae Ecclesiae Diac. Card. & Cancell. VI. Idus Junii Ind. XI. anno Dom. MCXXXIII. Pontificatus vero Domini Innocentii Papae anno IV.

XVIII.

Confirmatio bonorum omnium, & privilegiorum Monasterii sancti Sixti Placentinae Diocesis.

Ex Archivio Monasterii hujus editi Campi in Regesto Privilegiorum ad Hist. Placentinam Tom. I. pag. 553.

Innocentius Episcopus, Servus Servorum Dei, Oddoni Abbati venerabilis Monasterii S. Sixti, quod Placentiae situm est, ejusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Ad hoc universalis Ecclesiae cura nobis a providore omnium bonorum Deo commissa est, ut religiosas diligamus personas, & beneplacitam Deo Religionem studeamus modis omnibus propagare. Nec enim Deo gratus aliquando famulatus impenditur, nisi, ex charitatis radice procedens, a puritate Religionis fuerit conservatus. Hoc nimirum charitatis intuitu praedecessores nostri fel. mem. Paschalis, & Callixtus, Romani Pontifices, in Monasterio sancti Sixti, quod Placentiae situm est, Religionem, quae ibi ex tempore jam longo defecerat, reformare volentes, sapientum ac religiosorum virorum, & praecipue egregiae memoriae Comitissae Mathildis, precibus & consilio, pro feminis, ibidem itreligiose viventibus, Monastici Ordinis viros constituerunt, & te, dilecte in Christo filii Oddo, ad restaurandum in eodem loco secundum beati Benedicti regulam disciplinam monasticam ordinem, in Abbatem illis auctoritate apostolica praeposuerunt.

Paschalis & Callixtus PP. Saecularium locum in Monachos haecce Monasterii susceperunt.

Innocentius PP. Callixtus de re Privilegii confirmari.

Nos itaque eorumdem Antecessorum nostrorum inherendo vestigiis, provisionem seu dispositionem ab eis factam, & privilegio munitam, praesentis scripti robore confirmamus, & inviolabiliter futuris temporibus observari decernimus; & scriptum illud, quod a praedecessore nostro fel. mem. PP. Calixto, dum in Galliarum partibus esset, ab illius loci Monialibus subreptum esse dignoscitur, in irritum revocamus. Ipsum vero locum & universa ad eum pertinentia sub Apostolicae Sedis tutela & protectione servanda censemus, a quorumlibet infestantium molestiis libera, sicut ab antecessoribus nostris Romanis Pontificibus noscitur institutum. Statuimus etiam, ut universa praedia, vel possessiones, quas Angelberga Imperatrix, ejusdem Monasterii fundatrix, illic contulisse cognoscitur, seu quaecumque alia bona, quascumque villas, familias, cellas, Ecclesias idem Coenobium impraesentiarum iuste & legitime, sive imposterum concessione Pontificum, largitione Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus & illibata permaneant: In quibus haec propriis nominibus adnotanda subjunximus: In Placentia in Xenodochio Ecclesiam sancti Petri, Ecclesiam S. Martini in Burte, Ecclesiam sanctae Brigidae, Ecclesiam S. Andreae extra portam Mediolanensem, Ecclesiam sanctae Mariae in capite Trebiae, Ecclesiam S. Petri, in Centoria Ecclesiam S. Bartholomaei, in Scopora duas cappellas, in Castro-novo Ecclesiam S. Michaelis, & Ecclesiam sancti Bartholomaei, in Wardastalla Ecclesiam sancti Petri, Ecclesiam S. Georgii, Ecclesiam S. Martini, & Ecclesiam S. Bartholomaei: In Luciana Ecclesiam S. Georgii cum cappellis suis: In Cur-

Monast. sub protectione Sedis Apostolicae recipit.

Ejusque bona omnia confirmans.

te-ho-

XIX.

Canonicis Ecclesiae S. Antonini in Urbe Placentiae bona, jura, & privilegia omnia confirmantur.

Illud a quocumque mole. Aius officii;

Abbatem ab ullo praeterquam a Monachis eligi prohibet, cui jurisdictionem omnimodam in Monasterio, & in ejus Ecclesia Cappellanus conce- dit.

Violatoribus privilegii hujus divinae ultionem.

Observatori- bus vero a- terna praemia precatur.

PP. subscri- ptio.

Dat. die 14. Julii anno Do- mini 1133. Pontif. an. IV. leg. XI. leg. quarto.

te-nova Ecclesiam S. Laurentii: In campo Mi- liario Ecclesiam S. Petri.

Nulli ergo hominum fas sit, praefatum Monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre; vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integre conserventur, eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Obeunte vero te, nunc ejusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia praeponat, nisi quem Fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, de suo, si poterit idoneus inveni- ri, Collegio secundum Dei timorem, & B. Benedi-cti regulam, praeverint eligendum: Quod si persona in eodem Monasterio ad Abbatiae ad- ministracionem talis non fuerit, de Casa Dei Coenobio eligatur, quamdiu videlicet illic Mo- nastici Ordinis disciplina, Domino praestante, vi- guerit: Electus autem a Romano benedicatur Pontifice. Quidquid praeterea libertatis, seu dignitatis Praedecessores nostri praeinonato Mo- nasterio per authentica privilegiorum scripta conce- serunt, nos quoque praesentis privilegii auctori- tate concedimus, & ratum haberi per tem- pora futura censuimus. Sane cum ad bene re- gendum idem tibi commissum sit Coenobium, possessiones, & bona ipsius integre in tua man- eant potestate; Cappellani ipsius Ecclesiae tibi ni- hilominus sint subiecti. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hanc nostrae con- stitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita si non satisfactione congrua emendaverit, po- testatis honorisque sui dignitate careat, ream- que se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Je- su Christi aliena fiat, atque in extremo exami- ne districtae ultioni subjaceat: Cunctis autem ei- dem loco iusta servantibus sit pax Domini nos- tri Jesu Christi; quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud districtum Judicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen. Amen.

EGO INNOCENTIUS Catholicae Ecclesiae Epi- scopus subscripsi.

Dat. Cremonae per manum Aymerici san- ctae Romanae Ecclesiae Diaconi Cardinalis, & Cancellarii, II. Id. Julii. Indict. * X. Incarnationis Do- minicae anno MCXXXIII. Pontificatus vero Do- mini Innocentii Papae Secundi anno III. *

Ex Archivio Ecclesiae hujus editi Campi Tom. I. in Regesto Monasteriorum ad internum Placentinam pertinentium num. cxxii.

Exordium.

Innocentius Episcopus, Servus Servorum Dei, dilecto filio Azoni Praeposito Ecclesiae Sancti Antonini Martyris, quae in Civitate Placentia sita est, ejusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.

Bona ad Ec- clesiam, do- qua in rubr. pertinentia, confirmat.

Et enumerat: Sconduendi- nes in Capel- lis eidem sub- jectis servaci- tate.

Officii nostri nos hortatur auctoritas pro Ecclesiarum statu satagere, & earum quieti & utilitati salubriter, auxiliante Domino, providere. Dignum namque, & honestati conveniens esse cognoscitur, ut qui ad Ecclesiarum regimen assumpti sumus, eas a pravorum hominum nequitia defendere cure- mus. Proinde, dilecte in Domino filii Azo Praeposite, tuis justis postulationibus assensum praebentes, Ecclesiam Beati Antonini Martyris, cui Deo auctore praesides Apostolicae Sedis pri- vilegio communimus. Statuimus enim, ut quae- cumque praedia, quaecumque possessiones, aut bona, tam in Ecclesiis, quam in aliis rebus, ab Episcopis Placentinae Ecclesiae, seu aliis Dei fi- delibus, eidem Ecclesiae sunt concessa, firma tibi tuisque successoribus, & illibata permaneant. In quibus haec propriis nominibus duximus exprimenda: Ecclesiam scilicet Beatae Mariae in Curtina, quae prope Ecclesiam Sanctorum An- tonini & Victoris Martyrum sita est, cum usibus, & consuetudinibus, quas in eadem Ec- clesia impraesentiarum iustas habere videmini, ut videlicet in omnibus Mariae festivitibus ter- tiam partem candelarum habeatis, atque se- cundum Deum ibidem Sacerdotes & Clericos ordinetis; vos autem in Ecclesia vestra Cano- nici ob reverentiam B. Antonini Martyris, cu- jus sacratissimo Corpore ipse locus prius extitit decoratus, in B. Mariae Purificatione ipsam Cappellam annis singulis visitabitis: In Territo- rio Plestula Ecclesiam Sancti Antonini Mar- tyris cum sorte integra, & dote, & cum obla- tionibus totius anni, quemadmodum a bona recordat. Dionisio Episcopo Placentino pro Ec- clesia S. Syri vobis in contracambium concessa esse dignoscitur: in qua nimirum secundum Deum ordinandi Ministros libera sit vobis facul- tas: In Gragnano Cappellam Sancti Michaelis cum omni sua dote, & totius anni oblationibus, a venerabili fratre nostro Arduino, Placentino Episcopo, Ecclesiae vestrae hoc modo concessam, ut in eadem Cappella ponendi Clericos, & re- movendi, sit libera vobis potestas, & ad sacros Ordines promovendos suo tempore Placentino Episcopo praesentandi; a plebe vero Tunensi ipsius loci Presbyter Crisma & Oleum san- ctum suscipiat; & vocatus ad latanas, & ad baptismum illuc, absque contradictione aliqua vadat: salva Ecclesiae vestrae in omnibus aliis iustitia, & reverentia.

Praeterea omnes alias libertates, seu ratio- nables consuetudines, a Placentinis Episcopis Ecclesiae vestrae concessas, quietas vobis & in- tegras futuris temporibus manere decernimus. Porro si te, vel Clericos tuos gravari praesen- seris,

seris, Sedem Apostolicam, quæ subvenire solet oppressis, vobis liberè liceat appellare. Bona igitur, & possessiones, quas in posterum concessione Pontificum, largitione Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, auxiliante Deo, poteritis adipisci, firma vobis & integra manere sancimus: salvâ nimirum Diocæsani Episcopi iustitiâ, & reverentiâ. Nulli ergo omnino hominum fas sit, prænominatam Ecclesiam temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare: sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, &c.

EGO INNOCENTIUS Catholicæ Ecclesiæ Episcopus subscripsi. Ego Guillelmus Prænæstinus Episcopus subscripsi. Ego Johannes Hostiensis Episcopus subscripsi. Ego Petrus Papiensis Episcopus subscripsi. Ego Anselmus Presbyter Cardinalis tituli Sancti Laurentii in Lucina subscripsi. Ego Joselmus Presbyter Cardinalis tit. Sanctæ Cecilie subscripsi. Ego Lucas Presbyter Cardinalis tit. Sanctorum Johannis & Pauli subscripsi. Ego Romanus Diaconus Cardinalis tituli Sanctæ Mariæ in Porticu subscripsi. Ego Otto Diaconus Cardinalis Sancti Georgii subscripsi. Ego Guido Diaconus Cardinalis Sanctorum Cosmæ & Damiani subscripsi. Datum Cremonæ per manum Aymerici Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconi Cardinalis, & similiter Cancellarii, Idibus Julii, Indictione decima*, Incarnationis Dominicæ anno MCXXXIII. Pontificatus verò Domni Innocentii PP. Secundi anno IV.

Dat. die 16. Julii anno Domini 1133. Pontificatus vero Domini Innocentii PP. Secundi anno IV.

Ex Archiv. Eccl. Majoris Placent. ed. di Campi Ta. l. pag. 534.

Exordium.

Bona & possessiones Ecclesiæ hujus enumerat, & confirmat.

rum eadem Ecclesia justè & legitime possidet, aut in futurum concessione Pontificum, liberalitate Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus, & illibata permaneant.

In quibus hæc propriis nominibus adnotanda subjungimus: Plebem videlicet Carmiani cum Cappellis suis, plebem Septimæ cum Cappellis suis, plebem Pomatiæ cum cappellis suis, plebem Verdeti cum cappellis suis, plebem Montifalti cum cappellis suis, plebem Cassiani cum cappellis suis, plebem Viculi cum cappellis suis, plebem sancti Georgii cum quinque cappellis, duabus in Paderna, & una in Judæa, alia in Castroziano, atque alia in Glariola: Cappellas sanè in Civitate, scilicet sanctæ Euphemie, sancti Gervasii, sancti Protasii, sancti Petri de Foro, sancti Juliani, sancti Martini de Foro, sancti Domini, sancti Alexandri, sancti Martini de Burgo, sancti Vincenii, sancti Stephani, sanctorum Johannis & Pauli, sancti Zenonis, sancti Faustini, sancti Michaelis, sanctæ Agathe, sanctæ Mariæ de Sperone, quarum ubique Presbyteri in Sabbato sancto baptizare, & catechizare in vestra majori Ecclesia de consuetudine debent, vobis nihilominus confirmamus: Decimas totius Civitatis, & prædictorum plebium, exceptis decimationibus plebis de Verdeto: castrum præterea Montis Regii, castrum, Cassini, medietatem castri Gosfolenghi, medietatem castri Viculi, castrum Carmiani. Ad hæc præsentem decreto sancimus, ut nulli Episcopo, ullam super ea imponat, interdicit.

Ne ullus Episcopus, ullam super ea imponat, interdicit.

Innocentii PP. & S. R. E. Card. subscripciones.

EGO INNOCENTIUS Catholicæ Ecclesiæ Episcopus subscripsi. Ego Guillelmus Prænæstinus Episcopus subscripsi. Ego Ubertus Presbyter Cardinalis tituli Sancti Clementis subscripsi. Ego Anselmus Presbyter Cardinalis tituli Sancti Laurentii in Lucina subscripsi. Ego Lucas Presbyter Cardinalis tit. Sanctorum Johannis & Pauli subscripsi. Ego Romanus Diaconus Cardinalis tit. Sanctæ Mariæ in Porticu subscripsi. Ego Gregorius Diaconus Cardinalis Sanctorum Sergii & Bacchi subscripsi. Ego Guido Diaconus Cardinalis Sanctæ Mariæ in Via lata subscripsi. Ego Otto Diaconus Cardinalis Sancti Georgii ad Velum aureum subscripsi. Ego Guido Diaconus Cardinalis Sanctorum Cosmæ & Damiani subscripsi. Datum Brixie per manum Aymerici Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconi Cardinalis, & Cancellarii, IV. Kal. Augusti, Indictione decima*, Incarnationis Dominicæ anno MCXXXIII. Pontificatus vero Domni Innocentii PP. Secundi anno IV.

Dat. die 29. Julii anno Domini 1133. Pontificatus vero Domini Innocentii PP. Secundi anno IV. leg. XI.

Con-

Confirmatio honorum omnium Monasterii SS. Faustini & Jovitæ Brixien. Diocæs. Ordinis Cassinen.

Ex Archiv. Monasterii hujus editæ Margarinius Buike. Cassin. men. Par. II.

Exordium.

Monast. a Ramberto Brixien. Episcopo fundati.

Et a Summis Pontif. privilegii dotati. Bona enumerat, & confirmat.

Innocentius Episcopus, Servus Servorum Dei, dilecto filio Alberto Abbati Monasterii sanctorum Faustini & Jovitæ, quod in Brixienfi Suburbio situm est, ejusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

AD hoc universalis Ecclesiæ cura nobis a provitore omnium bonorum, Deo commissa est, ut religiosas diligamus personas, & eorum quieti & utilitati salubriter, auxiliante Domino, providentes, Ecclesias, in quibus famulantur, Apostolicæ Sedis munimine faveamus. Monasterium igitur beatorum Martyrum Faustini & Jovitæ, a fratre nostro bonæ memoriæ Ramberto, quondam Brixienfi Episcopo, fundatum, & ipsius bonis & possessionibus ditatum esse cognoscitur; ob eorumdem Martyrum præsentiam corporalem, tam apud ecclesiasticos quam seculares personas, maximo honore, ac reverentiâ dignum habetur. Unde Prædecessores nostri, felices memoriæ, Stephanus, & Callixtus, Romani Pontifices, locum ipsum specialius dilexerunt, & suis scriptis Apostolicis roborarunt. Proinde, dilecte in Domino fili Alberte Abbas, tuis rationabilibus postulacionibus præbentes assensum, præfatum sanctorum Faustini & Jovitæ Monasterium, cui Deo auctore præesse dignosceris, Apostolicæ Sedis privilegio communitimus: Statuentes, ut quascumque possessiones, quæcumque bona idem Monasterium in præsentiarum, justè & legitime possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu iustis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus, & illibata permanent; In quibus hæc propriis nominibus exprimenda subjungimus: Ecclesiam omnium Sanctorum, in Castro prædictæ Civitatis constructam, Ecclesiam sanctæ Mariæ in Vergnaco cum pertinentiis suis, in Curticella Ecclesiam sancti Michaelis, sancti Zenonis, cum omnibus, quæ in Flumicello vestro Cœnobio pertinent, Ecclesiam sanctæ Mariæ in Mezzane, Ecclesiam sancti Stephani cum omnibus, quæ apud Sale rationabiliter possidentis, hospitalem Domum de Denno cum rebus ad ipsam pertinentibus, quicquid etiam idem Monasterium in circuitu suo cum hospitali domo, & iis, quæ ad ipsam pertinent, justè possidet: Braidam, quæ sancti Faustini dicitur, cum moleninis, & aliis in ea ædificiis constitutis, & cappella sancti Domnini: Baidam, quæ Campus Malvus vocatur: castrum Turbolæ cum Ecclesia sancti Andree, quæ est infra Castrum, & extra cum duobus aliis Ecclesiis, videlicet sancti Martini, & sancti Cassiani: Curtem Buenni cum castro & cappella sancti Faustini: medietatem castri Vulpini cum Ecclesia S. Stephani infra castrum, & extra Ecclesiam sancti Gervasii: In Cimmo Ecclesiam sancti Faustini, & quæcumque alia quietè ibidem tenere viderini: Redditus vel Fictum, quod habitatores Asule omnes & singuli persolvendum vestro Cœnobio concesserunt: quæcumque

Bull. Rom. Tom. II.

præterea in Calcinado, Curticelle, Yse, Pifonge, Batifino, loco sancti Vigili, Monticello, Provenze, Guffago, Rivatica, Carpenedo, Remedello, & Pontecarolo, in præsentii Indictione decima vestro Monasterio pertinere noscuntur. Illud etiam, quod a prænominato Fratre nostro Ramberto Episcopo usibus fratrum ejusdem Monasterii concessum est, & scripto roboratum, ut videlicet potestatem & licentiam habeatis, quantum vestris sufficiat necessitatibus, de monte Denno ligna accipere, nos quoque vobis auctoritate apostolica confirmamus: Decimas sane possessionum vestrarum, quas usque ad hæc tempora justè & pacificè viderini possedisse, vobis habendas possidendaque. Nulli ergo omnino hominum fas sit, sæpeditum Cœnobium temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare: sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salvo unius libræ argenti censu, annis singulis Brixienfi Ecclesiæ persolvendo. Obeunte verò te, nunc ejusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, & beati Benedicti regulam providerint eligendum. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam, sciens, contra eam temerè venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiacet; Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Iudicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

EGO INNOCENTIUS Catholicæ Ecclesiæ Episcopus subscripsi. Ego Rodolphus Ortanus Episcopus subscripsi. Ego Ubertus Presbyter Card. tit. S. Clementis subscripsi. Ego Anselmus Presbyter Card. tit. sancti Laurentii in Lucina subscripsi. Ego Lucas Presbyter Card. tit. sanctorum Johannis & Pauli subscripsi. Ego Gregorius Diac. Card. sanctorum Sergii & Bacchi subscripsi. Ego Guido Diac. Card. sanctorum Cosmæ & Damiani subscripsi. Datum Brixie per manum Aymerici Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconi Cardinalis, & Cancellarii, IV. Idus Augusti, Indictione XI. Incarnationis Dominicæ anno MCXXXIII. Pontificatus autem D. Innocentii Papæ Secundi IV.

Confirmat quoque jus ligna accipiendi in Monte Denno. Et possessionum Decimas.

Abbas electionem verò solos Monachos spectare decernit.

Solite consuetudines.

Innocentii PP.

S. R. E. Card. subscripciones.

Dat. die 26. Augusti anno Domini 1133. Pontificatus vero Domini Innocentii PP. Secundi anno IV.

Ec

Cor